Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

diei unius vel duorum. vehementer quippe
peccavimus in sermone isto. consti-
tuantur principes in universa multi-
tudine. et omnes in civitatibus
nostris. qui duxerunt uxores alieni-
genas. veniant in temporibus statutis.
et cum his seniores per civitatem
et civitatem. et iudices eius. donec
avertatur ira dei nostri a nobis. super
peccato hoc. Igitur Ionathan filius
Asahel. et Iaasia filius Thecue.
steterunt super hoc. et Mesollam. et
Sebethai levites adiuverunt eos.
Feceruntque sic filii transmigrationis.
et abierunt Esdras sacerdos. et viri
principes familiarum in domos pa-
trum suorum. et omnes per nomina sua.
et sederunt in die primo mensis decimi ut
quererent rem. et consummati sunt omnes
viri qui duxerant uxores alienigenas.
Et inventi sunt de filiis sacerdotum qui duxerant uxores alienigenas. De filiis Iosue filii Iosedech. et fratres
eius. Maasia. et Eliezer. et Iarib. et
Godolia. et dederunt manus suas
ut eicerent uxores suas. et pro de-
licto suo arietem de ovibus offerrent.
Et de filiis Emmer. Anani. et Zebedi-
a. Et de filiis Arim. Maasia. et Helia.
et Semeia. et Iehiel. et Ozias. Et de filiis
Phessur. Helioenai. Maasia. Ismahel.
et Nathanael. Iozabed. et Heleasa.
Et de filiis levitarum. Iozabed. et Se-
mei. et Celaia. ipse est Calitaphataia.
et Iuda. et Eliezer. Et de cantoribus Elya-
sib. Et de ianitoribus Sellum. et The-
lem. et Huri. Et ex Israel. de filiis Ph-
ares. Remeia. et Ezia. et Melchia. et Mi-
amin. et Elyezer. et Melchia. et Bana-
ea. Et de filiis Helam. Mathania. Za-
charias. et Iehiel. et Abdi. et Ierimoth.
et Helia. Et de filiis Zechua. Helioenai.
Heliasub. Mathania. et Ierimuth.
et Zabeth. et Aziza. Et de filiis Bebai. Io-
hanna. Anania. Zebbai. Athalia.
Et de filiis Bani. Mosollam. et Mel-
luc. et Adaia. Iasub. et Saal. et Ra-
moth. Et de filiis Phaeth Moab. Ed-
na. et Calal. Banaias. et Maasias. Ma-
thanias. Beseleel. et Bennui. et Manas-
se. Et de filiis Herem. Eliezer. Iosue.
Melchyas. Semeias. Symeon. Beni-
amin. et Masoch. Samarias. Et de fili-
is Asom. Mathanai. Mathatheth.
Zabeth. Eliphelech. Ernai. Manas-
se. Semei. De filiis Bani. Madai. A-
ram. et Uhel. et Badaias. Mancas. et
Cheliu. Hamaa. Marimuth. et Elya-
sib. Mathanias. Mathanai. et Iasi.
et Bani. et Bennui. Semei. et Salmias.
et Nathan. et Adaias. Melchue. Da-
bai. Sisai. Sarai. Ezrel. et Selemau. Se-
meria. Sellum. Amaria. Ioseph. De
filiis Nebin. Ahihel. Mathathyas.
Zabed. Zabina. Ieddu. et Iohel. Banaia.
Omnes hii acceperunt uxores ali-
enigenas. et fuerunt ex eis mulieres
que pepererant filios. Explicit Esdre
primus. Incipit liber Neemie.

Verba
Neemie.
filii Hel-
chie. Et
factum est in
mense cas-
leu. anno
XX. et ego
eram in
Susis cas-
tro. et ve-
nit ad
me Ana-
ni. unus de fratribus meis. ipse et viri
Iuda. et interrogavi eos de Iudeis. qui
remanserant. et supererant de capti-
vitate. et de Ierusalem. et dixerunt michi.
qui remanserunt. et relicti sunt de cap-
tivitate ibi in provincia. in afflic-
tione magna sunt. et in obprobrio.
et murus Ierusalem dissipatus est. et
porte eius combuste sunt igni. Cumque
audissem huiuscemodi verba. sedi. et fle-